Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1271

Quelle:
Copyright:

primi nempe *duo* verſus ex *ſex* ejus tumulo *Ciſtertii* inſculptis, quos refert *cit. de Viſch* in *vita Alani* ejus Operibus praemiſſa. *Rhythmos* autem memoratos edidit *Leyſerus cit.* p. 1092.

VIII. *fol.* 68. Verſus τεχνικοι, quorum binis praecipua ſemper cujusvis Menſis feſta comprehenduntur. Ita *Januarius*.

Ciſio ianus ep val erbar vendicat oc feli mar ant
Priſca fab aug vincen thi pau po nobile lumen &c.

Ciſio manifeſte *Circumciſionem* Domini notat. Verſus hos et *Adami de Weleslawjna Kalendario Bob.* et *Proc. Lupacii Ephemeridibus* per ſingulos Menſes praefixos invenio, aliquantum tamen variantes. *Pag. ſeq.* Sententiae quaedam morales adſcriptae ſunt et Reſponſum ad Quaeſtionem: *Cur in natiuitate Domini 3. miſſe celebrentur*, quod repraeſento:

In natale ſacro ſacre ſolemnia miſſe
Quid ſignent, aut cur ter celebrantur, habes.
Nocte prior, ſub luce ſequens, in luce ſuprema,
Sub Noe, ſub Dauid, ſub chriſto ſacra fuere,
Nox, aurora, dies, vmbra, figura, deus.

IX. *fol.* 69. Adverſaria *Juridica*, potiſſimum ex Jure *Canonico* collecta, ad inſtar Poſitionum, aut Summariorum.

X. *fol.* 87. p. 2. incipiunt *Rhythmica* quaedam, et primum Confeſſio quaedam Deiparae facta:

Sancta virgo virginum, que genuiſti dominum
Triumphatorem zabuli, recuperatorem ſeculi &c.

Dein Miſeriae humanae Contemplatio:

Cum ſit omnis caro fenum et poſt fenum fiat ſcenum
Cur homo extolleris
Cerne quid es et quid eris, modo flos et reuerteris
In fauillam cineris &c.

Mox nota Sequentia: *Dies ire dies illa* &c. Demum: *Conflictus corporis et anime*, qui incipit:

Vir quidam extiterat dudum Heremita
Fulbertus francigena, cuius dulcis vita,

Dum